

a longo etiam tempore erga reos et complices multa haud relinqui, sicque cum praedonibus deinceps communionem fovere et spoliis se se (prout saepius contingit) participes reddere absterreantur.

Eapropter vobis harum serie firmiter praecipiendo committimus et mandamus, quatenus intellecta hacce benigna resolutione nostra, spoliis hoc a quinque mille et triginta tribus ad quatuor mille quingentos florenos moderatum¹ confestim adeo infallibiliter attacto comiti Marsigli modo supradelclarato persolvere modis omnibus² debeatis et teneamini, ne, si citra spem benigno huic mandato nostro caesareo-regioque minus aut tardius obtemperaretur, toties repetito campi mareschalli locumtenenti comiti a Schlik adversus morosas partes, modo praevio condemnatas eo ipso executione militari iuxta ordinem eidem desuper datum procedendi necessitas imponatur. Secus itaque nullatenus facturi. Gratia nostra caesarea atque regia vobis in reliquo propensi manentes. Datum in civitate nostra Vienna Austriae, die 2. mensis maii, anno 1702.

A tergo: 1.

Ad intimationem Consilii Bellici comitatui Pestiensi injungitur, ut generali Marsigli de damnis per praedones illatis iuxta maiestatis vestrae resolutionem satisfacere debeat.

In simili comitatui Hevesiensi respectu loci Kürth, mutatis mutandis. Manu aliena: Vyffs Jonas. - Breznyski manu propria.

Originales in archivio Regni Hungariae, Budapestini, sub signatura: Conc. Exp. N. 1. ex maio 1702.

20.

1717. febbraio 17.

Il Signor Conte Luigi Ferdinando Marsigli dà in custodia al convento *tutte le sue scritture* entro una cassa con 3 chiavi, quali scritture vengono descritte nell'atto della consegna come da Rog. Pedretti nel tom. donaz. etc.

Archivio del convento domenicano a Bologna: *Annales conventus Sancti Dominici in Bononia*, tomus II. folio 1220.

¹ - ² Hic nota marginalis quod loco partis inter numeros 1-2 signati ponatur textus Comitatus Heves mutandus.

1. Respectu suprafati loci Kürth in medio huius comitatus vestri Hevessiensis situati modo praevio ad sextam partem modaretum atque limitatum, per Kürthienses exsolvi facere, eosdemque ad id addigere modis omnibus. 2. (debeatis etc. sicut in texto).